



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,  
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1649**

§. 5. Inuidia quantum malum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](#)

Vnum arbustum haud alit duos Erithacos.  
Quid multum dispiuto mecum? tam diu infe-  
lix ero, quām diu parens meus sua fruetur  
felicitate. Illum si tollo, mea facio omnia,  
transfemt ad me opes, transit gloria, transit  
potestas & sceptrum. Denique meus sum,  
quidquid volo, ago. Sed nec dum omnino  
meus, metuenda est mater; fratres timendi.  
Aut nihil audendum, aut omnia. Ita est, vt  
S. Cyprianus dixit: *Inuidia radix est malorum  
omnium, fons clodium, seminarium delictorum,  
materia culparum.* Et vitia magna, vt magni  
domini, magnū secum trahunt comitatum.

S. Cyprī-  
an. lerm.  
de liuete.

Tantò autem inuidia periculosius est ma-  
lum, quantò subtilius & occultius, ac virtu-  
ti similius. Idcirco enim illud quidam non  
estimant, neque vitant, neque confitentur:  
vel quia sciunt, aliquando prudenter time-  
ri, adeoque & doleri, de bono alterius, in-  
quantum ex eo timetur nocentrum, vel si-  
bi, vel alijs: vt cum dolemus de victoria ho-  
stis, qui dolor non est inuidia: *inuidentia enim*  
vt & Cicero ait: *est aggritudo suscepta propter* Cie. li. 4.  
*alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti.* Tuscul.  
Nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse  
lædatur non rectè dicitur inuidere: ut si Hectori  
Agamemnon, vel quando tristamur de bono  
alterius,

108 Cap. IV. De inuidie immanissimo malo,

alterius, ex eo, quod nobis deest bonum id,  
quod alius habet; & hoc est propriè zelus,  
qui, si versetur circa honesta, est laudabilis:

Arist. 2.

Rhet.

2. Cor. 12.

3<sup>1</sup>.

S. Thom.

2. 2. q. 36.

2. 3.

Horat. 1.

ep. ad Lol.

S. Greg.

1. 31. mor.

c. 31.

vnde & Apostolus ait: *Æmulamini charif-  
mata meliora.* Laus enim est, non vitium, si  
quis dicat & optet, conspecta alterius virtu-  
te, se dolere, quòd non sit tam bonus, quam  
alter, atq; sibi alterius probitatem, mansue-  
tudinem, quin & sanitatem aliaue subinde  
bona temporalia cupiat. Quod cum pecca-  
to & sine peccato potest peti. Quòd si verò  
quis doleat de bono alterius, in quantum is  
cum excedit in bonis, is propriè inuidus est,

Sic peccatur ab inuido; &, quando adest  
consensus rationis, ex genere suo, semper  
peccatur mortaliter, quia dolor est de eo,  
de quo est gaudendum; & peccatur contra  
charitatem. Ex quo peccato, vt S. Gregorius  
docet, nascitur susuratio, quando quis oc-  
cultè querit minuere gloriam alterius; de-  
tractio, quando quis apertè ac palam alte-  
rius honorem accidit: in aduersis aliorum  
rebus exultatio: in prosperis afflictio: tan-  
dem & odium, quando quis non solùm tri-  
statur de superexcellentia alterius, sed ulter-  
ius

rius vult illi malum. Et quantum malum?  
ipsam deniq; mortem. Inuidia diaboli mors in- Sap. 2.24.  
troiuit in orbem terrarum. imitantur autem  
illum, qui sunt ex parte illius. Quid clarius?  
Alius alium per inuidiam occidit. Et cui par- Sap. 14.  
ceret, si filius non parcit parenti? si, vt S. S Chrys.  
Chrysostomus ait, inuidia pestiferum malum, hom. 41.  
hominem in diaboli conditionem ac demonem im- in Matth.  
manisimum conuertit? Cuius exemplum vide,  
in hoc filio regis, qui non tantum diabolus,  
sed iure etiam catenatus diabolus est appella-  
tus, ita quandam velut catenam contexuit  
nefandorum flagitiorum.

Quia enim hoc vnum illi ad malitiæ pleni-  
tudinem deerat, vt, qui scelere esset summus,  
summus etiam fieret potestate, eò usque in-  
temperijs est agitatus, vt de patre necando  
consilium caperet, cum regia potestate im-  
punitatem comparaturus omnia, quæ ani-  
mus vellet, perpetrandi. Cùm autem me-  
tuendi illi essent ceteri fratres, cædem utiq;  
paternam ulturi, statuit, una strage, & pa-  
trem & metum tollere. Audite hic linoris in-  
auditam crudelitatem, & magnitudinem sce-  
leris agnoscite. Captata noctis, somniique  
dormientium occasione, stricto pugione, per  
cubilia, immo & lectos singuloram obiit, &

VI.  
PARRICIDIA  
DALE FA-  
CINVS IN-  
VIDIAE.